impoſitio noui nominis ſcꝫ Jhu quod interpretatꝛ ſaluus vel ſaluatoꝛ. De
hoc nomine dicit apoſtolus. Omnis qui inuocauerit nomen dn̄i ſaluus erit
ps. Deus in nomine tuo ſaluū me fac. Jſtud nomen q̄uis alijs patribꝰ in
veteri teſtamento impoſitum fuit. tn̄ nulli ꝓprium fuit. qꝛ in nullo alio ſalus
niſi in xp̄o Jhu. Jſtud eni nomen ſm̄ ꝓphetaꝫ venit de longinquo. id ē de
remotis partibꝰ. qꝛ de oꝛe dei ꝓceſſit pꝛimo. et qꝛ ibi ſcꝫ apud patrem fuit
ab inicio. hoc hodie factū nouū p impoſitionē. Jſtud nomen eſt efficax ad
multa Pꝛimo eni eſt pietatis ꝓuocatiuū. vnde ps. Propter nomen tuum
dn̄e ꝓpiciaberis ꝛc. Secundo in oꝛatione impetratiuū Joh. ſiquid pecieri/
tis patrem in nomine meo da. vobis. Unde omnes oꝛationes p illud no
men terminantur. Jtem tertio eſt certe in aduerſis conſolationis infuſiuū
Bern Jn aduerſis iaꝫ deficienti ſi nomē adiutoꝛis inſonuerit deficit inimi
ci foꝛtitudo Quarto in tribulatione confoꝛtatiuū Act. Jbant apoſtoli gau
dentes a ꝯſpectu ꝯcilij qꝛ debebant ꝓ nomine ihu ꝯtumelia pati. nec mirū
qꝛ ſm̄ Bernh. Nomen ihu eſt mel in oꝛe. melos in aure. iubilus in coꝛde.
Et de hoc habemꝰ exemplū in beato Jgnatio. quē cum trayanus impera/
toꝛ plūbatis cedi iuſſit. et latera eius ꝯburi. et ſup carbones igneos deābu
lare nunq̄ꝫ inuocatione ihu xp̄i ceſſare voluit. Et cū toꝛtoꝛes requirerent.
cur hoc nomen tociens replicaret. ait. Hoc nomen in coꝛde meo ſcriptum
habeo. et ideo ab eius inuocatione ceſſare nō poſſū. Poſt moꝛteꝫ aūt eius
coꝛ eius euellutū et p mediū ſcindentes inuenerūt hoc nomen ihs in coꝛde
eius aureis litteris ſcriptū. vnde plurimi crediderunt

¶ In epiphania dn̄i ſermo

Ecce genteꝫ quam neſciebas vocabis et gē
tes que te nō nouerunt ad te current ꝓpter dn̄m deū tuū et ſan
ctū iſrahel. qui gloꝛificauit te filius dei qui natꝰ eſt ad hoc vt ſal
uaret credētes in ſe tanq̄ꝫ ex iudeis q̄ in ip̄o die natiuitatis apparuit paſto
ribus iudeoꝝ. hodie apparuit magis qui fuerūt ꝑmitiui gentiū qui credi/
derunt in eū. Et ꝓpter iſtaꝫ apparitionē hodierna dies celebꝛatꝛ. Sunt hec
predicta verba p̄ris ad filiū in deuocatione gentiū. circa quā vocationem
notatꝛ ip̄oꝝ ſtatus mirabilis qꝛ deū nō agnoſcebant. Naꝫ in ſoꝛdibꝰ pecca
toꝝ ſuoꝝ putrefiebāt. deus eni faciebat acſi eos neſciret licet omnia ſciat.
vnde ꝯtra hunc ſtatū mirabile notare poſſumꝰ ꝙ dyabolus tria opera in
hoc mundo fecerat. procurauerat eni homini. cecitatem. inquinationem. et
afflictionem. tantaꝫ eni cecitatem ꝙ homines diuinū honoꝛem lignis ꝛ la
pidibus exhibebant. et ex hoc nullā retributioneꝫ nec in vita. nec in moꝛte
recipiebant. et ideo vt filius dei illam cecitatem a nobis repelleret et nos
illuminaret. hodierna die apparuit nobis per ſtellam nouam que magos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

duxit ad eum. que fuerat creata contra cecitatem illam Stella enī que exte
rius lucebat ſignificat lumen fidei quod in cordibus gentium lucere debu
it et vitam illorum illuminare. Stella illa ſignificat lumen cecitate doctrine
qua illuminanda erat eccleſia gentium vt ſciat vnuſquiſqꝫ quid facere vel ca
uere debet. Secundū opus quod fecerat fuit inquinatio. qui enī lucem nō
videt non cauet ſibi. et ideo genus humanū omni luto peccatoꝝ inquina/
tum erat. et ideo filius dei vt illam inquinationem a nobis abſolueret ho/
die apparuit id eſt tali die et hoc in baptiſmo quando incipiebat habere iā
triginta annos. ſicut in Luca dicit̃ vbi tota trinitas apparuit. pater in voce
filius in carne. ſpiritus ſanctus in ſpecie columbe. et ſic idem qui cecitatem re
pulerat. hodie fecerat balneū in quo ſe ip̄m lauit ſcilꝫ baptiſmū. non illam
aquam maculans ſed ei virtutꝫ abluendi donans, quo balneo om̄is ſpur
cicia peccatoꝝ abluitur. De quo exemplum habemus in rege conſtantino
queꝫ propter hoc ꝙ xp̄ianis multa mala fecerat percuſſerat dominus pla
ga lepre. tandem ad inſtinctum medicoꝝ ſuorum mandauerat occidi pue/
ros multos in quorum ſanguine lauari et mundari deberet ſed quia incer/
tus erat ſi mundari poſſet an non. et quia videbat ꝙ erat valde crudele di
miſit pueros cum matribus eorū intactos abire. ⁊ in ip̄a nocte apparuerūt
ei beatus petrus et paulus dicentes. vt beatum ſilueſtrum reuocaret qui
iacebat in montibus ꝓpter perſecutionem eiuſdem regis. et iſte oſtenderet
ei fontem in quo lotus mundaretur quod et fecit. et per eū baptiſatus fuit
et a lepra corporis et anime curatus fuit. et inquinatio corporis et anime
detorſit. Tertiū opus diaboli fuit afflictio. affligebant̃ enī homines fame
vt legitur in Geñ. quando Joſeph exaltatus fuit in egipto. et in libro Re
gum quando tempore helie non pluit annos tres et menſes ſex et fames
et afflictio magna facta eſt in populo propter iniquitates eorū Et ideo vt
dominus iſta tria opera diaboli a nobis repelleret. hodierna die apparuit
nobis per ſtellam nouam que magos duxit ad deum et ei triplicem natu/
ram offerebant ſcilicet aurum ad reformandum matris inopiaꝫ quia pau
per erat. thus contra loci fetiditatem quia in ſtabulo erat. Mirrā ad ſolidā
dum membra quia in terra ſepeliendū erat. Offerunt etiam iſta tria nobis
in exemplum. vt etiam vnuſquiſqꝫ tenetur offerre ſuo creatori. Primꝰ obtu
lit aurum in ſignū regalis potentie quaſi diceret. ſicut aurū eſt nobiliſſimū
omni metallo. ideo tibi offero aurū quia tu es nobilior omniū regū et non
eſt qui reſiſtere pōt tue voluntati. Secundꝰ obtulit thus. ꝑ hoc oſtendit eū
eſſe verū deū et hominem. quaſi diceret quamuis te videam in ſpecie hūa/
na. te eſſe creatorem celi et terre dico. Tertius obtulit mirram in ſignū paſ/
ſionis quaſi diceret. ſicut mirra eſt acerba ita ſcio te de virgine eſſe natum.
de celo ad terram veniſſe et humanitatem ſumpſiſſe vt acerbam paſſioneꝫ
velles pati in remiſſionem omnium peccatorum noſtrorum. Nota ꝙ illa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtella in quinqꝫ p̄cellit alias ſtellas. Primo in tp̄e. quia cū alie ſtelle quarta
die creationis mundi create ſūt. hec aūt in die natiuitatis xp̄i de nouo et
de nihilo creata eſt. Secūdo differēcia eſt in forma. quia hec preferebat in ſe
formaꝫ pueri baiulantis crucem in humeris. Tertio in ſplendore. qꝛ cū alie
omnes ſolis lumine obſcurarent̄. hec lucidiſſime rutilabat. aliter nō potuiſ
ſet in die duxiſſe magos. Quarto. cū eni omnes ſtelle in firmamento eſſent
fixe. hec erat in aere ꝓpe terram ꝓpter hoc vt aliqua loca euidenter ꝓmon/
ſtrare poſſet. Quinto in officio. qꝛ cū alie manifeſtant noctem. hec erat ad
manifeſtandū diem verum et ſolem iuſticie. ſcꝫ ih̄m xp̄m dn̄m noſtꝝ.

De ſancto Fabiano et Sebaſtiano.

Sancti per fidem vicerūt regna. operati ſūt
iuſtitiam adepti ſunt repromiſſꝫ. In verbis iſtis apoſtolus ad
hebreos. xi. oſtendit ſanctos martires q̄nqꝫ dona habuiſſe per
que meruerunt regnū dei. Primo habuerunt ſanctitatem ꝑfectaꝫ cū dicit̄.
ſancti. Secūdo fidem integrā cū dicit̄ ꝑ fidem. Tertio pugnā victorioſam.
cū dicit̄ vicerunt regna. Quarto opatione͂ bonā. cū dicit̄ operati ſunt iuſti
tiam. Quinto retributione͂ eternā cū dicit̄. adepti repromiſſion̄. Primo vi
deamus q̄uo hec in beato fabiano pontifice fuerunt. et poſtea qualiter in
ſebaſtiano milite. De ſācto namqꝫ fabiano legit̄ p̄mo ſcꝫ ꝙ fuit miraculoſe
electus. qꝛ circa fidei defenſione͂ fuit ſtrennuus. et in potentū reprehenſione
fuit conſtans et firmus et circa diuinū officium deuotus fuit multū ita ꝙ
tandem fuit martirio coronat᷒. In quantuꝫ fuit elect᷒ miraculoſe oſtendit̄
ꝙ ſanctitatem habuit ꝑfectaꝫ et illaꝫ dn̄s oſtendit in ſua electione. Unde
legit̄ de ip̄o ꝙ fuit ciuis roman᷒. et cū papa defuncto ꝓ alio eligendo po/
pulus ꝯueniſſet et inter ip̄os et ip̄e veniens rei exitū ſcire volens et ip̄e. co
lumba candida deſcendit ſuꝑ caput eius quā cū omnes intuerent̄ et mira/
rent̄ ab eis in papam eligit̄. Nequaq̄ꝫ eni cū deus elegiſſet niſi eū ſanctum
ꝯgnouiſſet. Hoc figuratū fuit Numeri. xvi. Unde dicebat moyſes ad po
pulum. Quemcūqꝫ elegerit dn̄s ip̄e erit ſanct᷒. Secundo in quantū circa fi
dei defeſſioneꝫ fuit ſtrennuus. ꝑ hoc oſtendit̄ ꝙ habuit fideꝫ integrā. ip̄aꝫ
eni fidem feruenter predicauit et tanq̄ꝫ pugil ſtrennuus eaꝫ defendit. Ter
tio quantum in potentum reprehenſione fuit conſtans et firmus. Per hoc
oſtendit̄ ꝙ habuit pugnam victorioſam. Nam ſicut haymo imperatori
philippo volenti intereſſe paſce vigilijs et ꝯmunicare. reſtitit quouſqꝫ pc̄ca
confiteret̄ et inter penitentes ſtaret et intereſſe nō ꝑmiſit et ido d̄r de eo in
dieb᷒ illis. nō ꝑtimuit p̄ncipe͂ et in pō̄n ſua nemo vicit eū. Quarto q̄ntū fuit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf